



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.**

**Huth, Adam**

**Augustæ Vindelicorum, 1732**

15. De Sagittariis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

TITULUS XV.

De Sagittariis.

**Q**ui. *Quinam hic veniant nomine Sagittariorum, & quid jura circa illos statuantur.*  
 ad 1. *Sagittariorum nomine veniunt, qui cum arcibus unâ vice plures sagittas, & nomine Ballistariorum, qui ex ballistis seu catapultis firmiter verant dextrè jacere in hostem, cum strage periculum, vel etiam cum dejectione murorum. Et hodie successerunt, qui ex Tormentis & mortariis bellicis globos, glandes, pilas in castris hostium arces sciunt ejaculâri.*

*Resp. ad 2. Olim uti arte ex arcibus Sagittariorum aut ex catapultis lapides ejaculandi, & hodie arte tormentariâ pro hostibus Christianis, v. g. pro Turcis contra Christianos, vel etiam tem hanc docere tantum infideles, prohibetur c. un. h. t. & quidem sub pœna latæ & reventis excommunicationis. arg. c. 6. de Judais. c. 1. de Cœn. Ratio de tormentis est, quia horum Sagittis & ballistis successit. Non autem prohibitum est in bello justo ejusmodi armis Christianos contra infideles, aut Christianos Catholicos contra se invicem. can. 2. cap. 2. de modò artes illicitæ, quales forent incantationes & superstitiones, aut venena non adhibenda certius hosti nocendum.*